cus spatio cum tota preda ac longo captiuorum
agmine ad fluuiū preuenerat. His pactis uasta
tisq; florentinorū regionibus et satis insup gran
di presidio apud signam relicto lucam redijt. nō
multo post reuersionē suā castruccius p proxi-
mos agnatosq; captiuorū de pace cum florenti-
nis agere cepit. cuius rei causa cum parentes pro
pinqui ne multa p grām conarentur ac pro se
quisq; operam nauaret tandē in suspitionē uene-
re. ne p spetiē pacis proditionis colloquia quere-
rentur. Itaq; omissa eius rei mētio ē salubriq;
ciuitatis decreto prouisū. ne cui proximo cogna
to ne captiuo alicuius arcis aut opidi custodia
cōmitteret. ne aut aperto bello licentius uaga-
ri posset duo presidia unū ad comblacte/ alterū
apud bonum montē collocarunt. ac stationibus
multū firmarunt. quo nec p mugellanū agrū
ut antea fecerat nec p grauē fluuiū transiret.
Interea castruccius copijs lucam reductis mū
lum opidū nō longe a prato obsidere constitu
it. exercitiq; ex inde obsidendi grā pmouit.
ac machinis & cuniculis atq; omnium expu-
gnandarū arcium apparatibus murū acces-
sit. incauis presidio centū quinquaginta mili-
tes una cum iohanne adimare & raynerio pac-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_932/0135
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG